

Ob 30



Einladungsschrift

zu der

am 8ten und 9ten Oktober 1841

anzustellenden

öffentlichen Prüfung und Redeübung der Schüler

des

Königl. Friedrichs-Gymnasiums

zu Gumbinnen.

Inhalt:

- 1) De ratione, qua particulae relativae consociantur apud Epicos. Eine Abhandlung des Gymnasial-Lehrers Karl Adolph Julius Dr. Kossak.
 - 2) Jahresbericht des Gymnasiums von Michaelis 1840 bis Michaelis 1841. Vom Direktor Joh. Dav. Prang.
-

Gumbinnen, 1841.

Gedruckt in der Krauseneck'schen Regierungs-Buchdruckerei.



[Faint, illegible text, possibly a title or author name]

[Faint, illegible text, possibly a date or location]

[Faint, illegible text]

[Large, faint, illegible text, possibly a title or main heading]

[Faint, illegible text]

KSIĄŻNICA MIEJSKA
IM. KOPERNIKA
W TORUNIU

~~Stadbibliothek~~
Ehorn

AB 17.18

3

De ratione, qua particulae relativae consociantur apud Epicos.

Veteres Grammatici etsi multis Grammaticae disciplinis sese dedere eorumque observationes in diversas diffluxere partes, omnium tamen neminem, qui pronominum et adverbiorum relativorum doctrinam ad artem revocasset, reperies. Ex Grammatica Dionysii Thracis, qui hanc rem breviter attigit, multum abest, ut magnos percipiamus fructus. Sed quae huius Grammatici Scholiasta de relationis natura disseruit, ea maioris sunt momenti. Apollonius Dyscolus, acutissimus ille Grammaticae indagator, in libro *περὶ ἐπιθέσεως*. permagna et rara sagacitate particularum relativarum originem exploravit et universe de particulis, quae ad se referuntur, disputavit; attamen de relationis natura, de ratione, qua singulae id genus particulae inter se consociantur, et quaenam particulae hac adstrictae sint lege, nihil ab illo exploratum est. Eundem tenuerunt cursum reliqui, quos hanc Grammaticae partem tractasse constat, Etymol. M. auctor et Thomas Magister. Horum enim observationes fere in perscrutanda tantum particularum relativarum derivatione et in exquirenda earum significatione atque statuenda versantur. Apud recentiores Grammaticos, si a Buttmano recesseris, de via ac ratione, qua pronomina et adverbia relativa inter se coniungantur, verbum fere nullum est; plurimi ad alias Grammaticae partes intenti et affixi, illam doctrinam praetermiserunt, ita ut usque ad Buttmannum iaceret, quippe qui primus pronominibus et particulis sibi respondentibus non modo nomen indiderit Correlativis, sed etiam multa vel prudenter vel acute dixerit et hoc modo ad tam magnam rem atque foecundam studium excitaverit et converterit. Augustus Matthiae, vir in Grammaticis clarissimus, Correlativorum genera commemorans, de eorum vi ac mutuae consociationis natura nec satis plane neque distincte disputavit. Gravior est

quaestio, quam Hartungus in libro, qui: „Ueber die Casus, ihre Bildung und Bedeutung etc.“ inscribitur, nobis tradidit.

Sed haec ad prooemiandum satis. Nunc ad rem aggrediar ipsam initiumque ab exploranda vi ac natura relationis, qualis sit et quatenus pertineat, ducam.

§. 1.

Quae et qualis sit relationis natura, perpenditur.

Scholiasta ad Dionys. Thr. p. 873; 22 in Beck. Anecd. dicit: „ἀναφορά ἐστὶν ἀνάμνησις προεγνωσμένου προσώπου καὶ ἀπόντος τινὸς καὶ ἀναπόλησις... ὡς ἂν τις εἴποι τοιοῦτός ἐστιν ἀνδρεῖος, οἷός ποτε ὁ Ἀχιλλεύς.“ Tum ibidem v. 30 pergit et τῆς ἀναφορᾶς naturam accuratius explicare conatur: ἀναφορά ἐστὶν ἐγνωσμένου πράγματος ἀναπόλησις, ὡς ὅταν εἴπω οἷός ἐστιν ὁ δεῖνα, τοιοῦτος ἦν ὁ Ἀχιλλεύς... τοῦτο δὲ τὸ ἀναφορικὸν καὶ ἀνταποδεικτικὸν καὶ δεικτικὸν καλεῖται ἀπὸ τῆς ἐννοίας.¹⁾ Quorum verborum argumentum si comprehendamus et in unum conspectum redigamus, τῆς ἀναφορᾶς vim ac naturam et recte enucleasse et bene cognovisse Scholiasta videtur. In omni enim sententia relativa recordationem quandam et repetitionem, ut ad verbum de Graecis exprimam, videmus. Cogitatum igitur, quod est relativum, neque absolutum neque hanc ipsam ob causam perspicuum est; quibusdam conditionibus est adstrictum et quodammodo circumscriptum, ut tum demum sit integer sensus, si alterum cogitatum, ad quod illud spectat, adiectum sit; qua ex re sequitur, ut relativum sit vinculum, quo duo cogitata, quae per se intelligi non possunt, constricta tenentur (cf. Herm. de emend. rat. gr. Gr. p. 130).

§. 2.

De correlatione et de eius natura.

Explicata relationis ipsius natura ad iudicandam correlationis notionem et explorandam iam transeundum videtur. Omnium sane linguarum et priscarum et recentiorum nullam in consociandorum cogitatorum ratione, quae vocabulo relativo perpetretur, accuratiorem et distinctiorem esse quam Graecam, quicumque attentiore animo monumenta, quae extant, perlegerit, profitebitur. Apud omnes

¹⁾ cf. Dionys. Thr. p. 639; 10.

enim cuiusque aetatis scriptores haec lex sancita est, ut plerumque sententiae, ambitus sint sive maioris sive minoris, quae vel pronomine vel adverbio relativo exhibeantur, alterum requirant cogitatum, cui vel pronomen vel adverbium demonstrativum est subiectum; ex qua mutua enunciatorum connexionione illud schema, quod veteres Grammatici τὸ ἀναφορικόν vel ἀνταποδοτικόν, nostrates correlativum et graeco verbo τὸ σχετικόν vel κατὰ σχέσιν vocant, originem duxit. Ut mea quidem fert opinio, Dionysio Thrace (p. 636; 25.) eiusque Scholiasta (p. 866; 22.) auctoribus, schema quoque ὡς πρὸς τι ἔχον huc pertinere videntur. Sed est legentis diiudicare, num recte sim suspicatus.

Qua re sub uno adpectu posita, imprimis necesse est, ut explicetur, quae singula sint correlationis genera, et quo pacto inter se differant. Tota doctrina in duas dividi mihi videtur partes, quarum altera talia continet enunciata, quae pronomine relativo et demonstrativo formantur. Quo facilius haec intelligantur, unum huius generis exemplum ex oratione Lysiae ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθ. φόνου ἀπολογία edit. Beck. §. 91. sumtum, afferam: „Περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, ὃ ἄνδρες, τὸ τοιοῦτους ὑμᾶς ἐμοὶ δικαστὰς περὶ τούτου τοῦ πράγματος γενέσθαι, οἰοίπερ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς, εἴ ἦτε τοιαῦτα πεπονθότες.“ Quod correlationis genus haud incommode attributivum, ut ita dicam, nominari potest. Alterum est, ut dicatur de adverbiorum correlatione. Ex multorum exemplorum, quae procedente disputatione luculentius sum tractaturus, numero unum ex Aeschinis oratione παρὰ πρεσβ. Or. 2. §. 140 depromam: „ἐκ παλαιῶν χρόνων ὅτε αἰτῶν τοὺς δμήρους λαβόντες Φωκεῖς κατηλόησαν . . . τότε ἀπώλοντο αἱ πράξεις οὐ δι' ἐμέ, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν προδοσίαν καὶ τὴν πρὸς Θηβαίους προξενίαν. Huius protasis verba: „ὅτε . . . κατηλόησαν“ sic comprehendi possunt: „τῶν ἀπὸ τῶν Φωκέων καταλοηθέντων δμήρων ἐνέκα . . . ἀπώλοντο αἱ πράξεις.“ Hoc correlationis genus est adverbiale, quod in dissertationis decursu, attributiva correlatione prorsus omitta, fusius mihi tractandum est.

§. 3.

De particularum, quae locum indicant, relatione.

Priusquam ad rationem, qua particulae loci connectantur et inter se referantur, inquirendam aggrediamur, ab huius disputationis consilio non alienum esse

videtur, quomodo particulae ipsae generatim distribuantur, leviter in transitu attingere. Cuius generis particularum dividendi rationem, ex natura ipsa repetitam, duplicem esse, quis est, quin intelligat? Distinguenda enim est vis quiescendi et movendi; atqui motus duae possunt cogitari rationes, una quae locum notat, quo quis tendit, altera quae ad locum respicit, unde quis proficiscitur. Tria igitur sunt omnino genera particularum loci, quae et formatione et significatione diversae hisce tribus respondent interrogationibus $\tau\tilde{\phi}$ ubi, $\tau\tilde{\phi}$ quo et $\tau\tilde{\phi}$ unde. Sin autem quis quaerendum putet, unde particulae illae descendant, et quomodo formentur, is consulat velim et veteres Grammaticos et viros, qui nostra aetate de hac Grammaticae parte luculentius disputavere. Equidem poteram hanc quaestionem silentio praetermittere; pertinet enim ad rem huiusce quidem disputationculae fines multum egredientem.

Positum igitur sit in primis (quod post magis intelligetur) particularum inter se referendarum, quam quaerimus, rationem esse multiplicem. Ordientes enim de particulis, in quibus inest vis quiescendi, primum animadvertimus adverbia et relativa et demonstrativa sibi respondere, quorum utraque forma quietem notat, tum quorum relativa forma quietem, sed demonstrativa motum in locum indicat; deinde quorum relativa forma eandem, quam diximus, significationem retinet, demonstrativa vero locum ostendit, unde quid proficiscitur. Tum mentionem faciamus opus est particularum sibi respondentium, quibus movendi in locum sententia subiecta est. Tertium est, ut exempla proferantur, in quibus non solum utriusque particulae, relativae et demonstrativae, motus ex loco significationem positam videmus, sed etiam mutuae consociationis dissimilitudinem observamus, ita ut relativi ordinis particula eundem faciat intellectum, demonstrativi autem movendi vim in locum exhibeat.

Sed unde degressi sumus, revertamur et

- 1) exempla consideremus, quorum particula relativa quietem indicat et
 - a) refertur ad eiusdem ordinis particulam demonstrativam $\delta\theta\iota$ — $\alpha\upsilon\tau\acute{o}\theta\iota$ Il. 5; 847. $\theta\theta\iota$ positum est pro $o\tilde{\upsilon}$ (ubi). Particulae enim $o\tilde{\upsilon}$, qua apud Tragicos et solutae orationis scriptores nihil frequentius est, nullum apud Epicos usque ad aetatem, qua Orphei Argonautica componebantur, vestigium est. Ibidem tribus locis adverbium $o\tilde{\upsilon}$ legitur v. 751. 754 et 1060.

(Sed hocce vocabulum cum praepositione ἐξ coniunctum et Homero familiare neque reliquis id genus poetis incelebratum esse, exempla illustrent, quae in sequenti § videbis. Attamen ἐξ οὗ scil. χρόνον localem respuit significationem et induit temporalem, respondens Latino: „ex quo tempore.“¹⁾ Particulae οὗ partes apud Epicos sustinuerunt vocabula ὄθι et ὀπόθι vel ὀπόθι, quae ipsae in Tragicorum choris occurrunt,²⁾ sed in orationem pedestrem non transflexerunt. Ad hoc genus adscribamus particulam ὄρον, quae rarissime Epicos usos fuisse haecce ostendunt exempla: Od. 3; 16. 16; 306. Batram. 50. 154. h. Hom. Merc. 400. Ap. Rh. 4; 402. Q. Cal. 2; 613. 8; 97. 9; 306. 12; 481. — Ἀντόθι. Reliquarum particularum, quae pro ἀντόθι in Epicorum sermone frequentes sunt, si mentio iniicitur, ne quis pro inutili explodat. Altera enim forma est ἀνθι, κατὰ συνκοπήν, ut Apoll. Dys. περὶ ἐπιπέ. 606. 5. Thom. M. p. 305 et Schol. ad Od. 3; 156 monuerunt, ἀπὸ τοῦ ἀντόθι formatum. Praeter has particulas, semper quietem significantes, saepissime reperiuntur κατὰνθι, κατ' ἀνθι, κατ' ἀντόθι, καταντόθι, παρὰνθι, παρ' ἀνθι, παρ' ἀντόθι et παραντόθι ut καταντόθι ἔργον scriptum. Pro hisce formulis etiam ἀντόθι Epicis familiarissimum esse, vix dignum est, quod commemoretur.

Ἰθι — ἔνθα Ap. Rh. 2; 1210. ὀπόθι — ἔνθα Il. 9; 577. ἦ — τῆ Il. 13; 52. — Adverbia relativa, quae in ἦ exeunt, qui paulo diligentius consideraverint, certo non dubitabunt, quā apud Epicos triplicem habeant vim; primum enim notant quietem, tum motum in locum, denique modi rationisque significationem in his inesse, neminem effugiet.³⁾ Attamen multum interest inter singulas particulas, quarum aliis aliter Epicis usi sunt. Quiescendi enim notionem praevalere in adverbis, quae sequuntur, in ἦχι, τῆπερ, τῆδε, τάντη et in ὀπη apud Epicos, qui aetate inferiores sunt Homero, sed apud hanc particulam ὀπη maxime motum in locum neque raro modum rationemque notare, observasse mihi videor. Ab his declinant particulae πῆ, τῆ, ἦπερ, quae in primis motum in locum indicant, et ἦ quae saepissime cum latino verbo „quomodo“ congruit (ἦ θεός ἐστί, ἦ θεός πέλει), significatione quietis ac motus aequaliter fere divisa. Quoniam vero particulae in ἦ et de quiete et de motu usurpantur, hoc

¹⁾ cf. Monk et Valken. ad Eurip. Hippol. 121.

²⁾ Apoll. Dys. p. 616; 14. Etym. M. 669; 10. 416; 10.

ipso differunt a particulis, quae in $\overline{\text{ov}}$ (ov , ποῦ , ὅπου) et in $\overline{\text{oi}}$ (oi , ποῖ , ὅποι) finiuntur. Adverbia enim in $\overline{\text{ov}}$ apud Epicos constanter quietem notant, quam propriam significationem illud exemplum apud Hom. Il. 13; 219: $\text{ποῦ τοι ἀπειλαὶ οἴχονται}$ redarguere non potest (cf. Nitzsch ad Hom. T. 1. p. 319). Il. 2; 339 pro $\text{ποῦ δὴ συνθεσίου τε καὶ ὄρκια βήσεται}$ Wolfius restituit πῆ , quod omnes libri meliores habent. Apud Q. Cal. ποῦ semel de motu usurpatur antecedente πῆ 1; 332. $\text{πῆ νῦν Τυδείδαο βίη, πῆ δ' Αἰακίδαο, ποῦ δ' Αἰάντος ἔβη}$, quare suspicari liceat, pro ποῦ legendum esse πῆ . Ceteroquin adverbia in $\overline{\text{ov}}$ et $\overline{\eta}$ apud Tragicos, Comicum et omnes solutae orationis scriptores creberrime permutari alterumque alterius vicibus fungi, tralaticium est.⁴⁾ Particulae in $\overline{\text{oi}}$, quae apud Tragicos et scriptores, qui horum aetati suppare sunt, motum in locum indicare solent, ut oi , ποῖ , ὅποι , ποῖ , in Epicorum monumentis non in usu sunt. Quarum partes susceperunt vel πῆ , πῆ , ὄπη vel ἐνθα . Praeterea epica dialectus alias invexit particulas, sibi legitimas, sed apud Atticos prorsus inusitatas, πόσε et ὀπόσε vel ὀππόσε . In perpaucis tamen exemplis incidimus, quae haec vocabula obvia tribuunt eaque, nisi apud Homerum, frustra in reliquorum Epicorum carminibus requirimus. cf. Il. 16; 422. Od. 6; 199. 10; 431. 14; 139.

ὄπη — ἀντοῦ Q. Cal. 6; 586. — τῆ (pro ῆ) — ἐνθα Il. 23; 774. — Neminem sane offendet, particulam τῆ hoc loco relative pro ῆ positum esse, quo apud Epicos nihil frequentius est.⁵⁾ Conferas si placet Il. 14; 404. 18; 566. 23; 775. 24; 472. Od. 5; 442. 7; 281. Ap. Rh. 1; 318. Τῆπερ pro ῆπερ reperitur Il. 12; 118. 24; 603. Sed ne quid neglectum praeteream, quod ad hanc loquendi consuetudinem pertineat, superest, ut de adverbis τόθι , τόθεν et τοίως breviter disseram. Apud poetas enim Alexandrinos maximeque apud Ap. Rh. hae voculae, cum consona τ formatae, relativam habent significationem, ut pro ὄθι , ὄθεν et ὀίως sint collocatae. Si huius generis exempla perpenderit, manifestum erit, demonstrativam formam pro relativa dici et ad hiatum evitandum ut apud Ap. Rh. 2; 1248. 1269. 3; 577. 4; 772. 1131. Q. Cal. 14; 415. Or. Arg. 631. (conf. h. Hom. Pan. 25.) et ad positionem efficiendam ut apud Q. Cal. 9; 354.

⁴⁾ cf. Schol. ad Arist. Pluto 477. Herm. ad Vig. p. 789. Lob. ad Phry. p. 45. Pors. ad Eurip. Hec. 1070. Stallb. ad Plat. Phaedr. p. 238. D. et ad Eutyphr. p. 14. C.

⁵⁾ cf. Buttm. Gr. ampl. §. 75. 3. n. 3.

Τόθεν pro ὅθεν quoque legitur apud Hes. sc. 32. et τοίως pro οίως Ap. Rh. 3; 1399.⁹⁾

Ἴνα — τῆ Il. 11; 807. 20; 478. Ἴνα — ἔνθα Od. 17; 68. Hom. Ἀποσπ. ἔπων δ. 9. Ap. Rh. 4; 1330. — τῶ (ubi) — ἔνθα Hes. sc. 440. τῶ δε συνενέικεται ἔνθα μιν ἔσχει. Num hic locus huic pertineat, in dubitationem vocari velim. Goettlingius ad h. l. dicit, illud τῶ pro adverbio loci haberi posse, ut ἦ, ἦχι etc. hic ut sensus sit „ubi (τῶ) eam monte illo colliditur rupes (πέτρα), ibi (ἔνθα) mons eam sistit.“ Doctissimus vir eam ob causam me adsentientem non habet, quia adverbio τῶ; quotiescunque reperitur, nunquam loci significatio tribui potest. Quapropter illam interpretandi rationem praeferendam puto, ex qua τῶ (pro αὐτῶ vel τοῦτω positum) a verbo συνενέικεται dependens, ad παγός refertur. Sic etiam Scholiasta huius loci sensum intellexit, τὸ δὲ ὄρος, inquit, ἀντήχησε τὸ ὑψηλόν, ὃ τινι δὴ ὄρει συγκατέροχεται, ἔνθα κωλύσει ταύτην. Heinrichius in his ἀσύνδετον observat. —

b) Relativa particula quietem, demonstrativa motum in locum designat:

ὅθι — τῆ Il. 8; 325. 11; 148. ὅθι — ἔνθα Il. 18; 520. Od. 1; 425. 14; 353. — ἔνθα (ubi) — ἔνθα (eo) Hes. sc. 334. ἔνθα κε γυμνωθέντα σάκευς ὑπὸ δαυδαλέσσι ὀφθαλμοῖσιν ἰδῆς, ἔνθα οὐτάμεν ὀξεί χαλκῶ. Particulam ἔνθα movendim vim habere, ne mireris; nam in utramque partem sumitur.⁷⁾ Neque minus tralatitium est, ἔνθα relative usurpari maximeque ἔνθα τε, qua de re Herm. ad h. Hom. Ven. 58 luculentius disputavit. Hunc tamen particulae usum tanta exemplorum copia confirmat, ut diutius hac in re versemur haud necesse videatur, sed alteram eiusdem significationem commemoremus, temporalem. Quum vero in paragrapho, quae mox sequetur, de temporis particulis sibi respondentibus mihi fusius disputandum sit; hanc particulae ἔνθα significationem breviter attigisse satis sit. Sed adverbii ἔνθα observatio me graviter commonet, ut aliam quaestionem, cum superioribus coniunctam, attingam. Nemo sane dubitabit, quin particulae ἔνθάδε, ἔνταῦθα et ἔντανθοῖ non eandem solum habeant originem quam ἔνθα, sed etiam eandem significationem. Veteres nimirum Grammatici docent⁸⁾

⁹⁾ cf. Buttm. Gr. ampl. §. 116. 9. n. 12. Herm. ad Or. Arg. 631. Pass. in lex. Hartung. in l. c. p. 270.

⁷⁾ Apoll. Dys. p. 624; 19.

⁸⁾ Apoll. Dys. 619. 18. Schol. ad Dionys. Thr. 945. 5. Ammon p. 51. Eust. 1839. 62.

et exempla firmant, particulam ἐνθάδε τὴν ἐν τόπῳ σημασίαν notare; et ἀπὸ εἰς τόπον. Utramque significationem apud Hom. et Ap. Rh. aequaliter fere divisam videmus, prout particulae radicatum verbum movendi vel quiescendi vim exhibet. Apud Hes. semel ἐνθάδε reperitur Th. 811., de quiete dictum, ubi Goettk. ἐνθάδε coniicit; apud Q. Cal. in hymnis Hom. et in Argon. prorsus desideratur. Vocabulum ἐνταῦθα, cui cum ἐνθάδε et ἐνθάδε eadem convenit significatio,⁹⁾ apud Epicos, nisi semel apud Hom. II. 9; 601, motum in locum significans non invenies. Particula ἐνταυθοῖ Epicis rarissime usi sunt. Ap. Dys. p. 588. 18; quo loco de accentu adverbiorum, in ὄν disputat, comparat Μεγαροῖ, Ἰσθμοῖ, ἐνταυθοῖ et dicit Μεγαροῖ positum esse pro ἐν Μεγαροῖς, qua ex re sequitur, ut ἐνταυθοῖ quoque de quiete dici velis. Hanc vim ac potestatem apud Epicos quidem huic adverbio tribuendam esse, exempla, etiamsi perpaucis exstant, illustrabunt. Haec sunt II. 21; 122. ἐνταυθοῖ κείσο. Od. 18; 105¹⁰⁾ et 20; 262. ἐνταυθοῖ ἦσο, denique h. Hom. Apoll. 363. ἐνταυθοῖ ἄν πάθῃ. Verba Ammonii p. 51 „ἐνταυθοῖ μὲν γὰρ τὴν εἰς τόπον σημασίαν δηλοῦ“ pertinent ad huius particulae usum, qualis est in Atticorum loquendi more frequentissimus. Quocirca in Passovii in lex. s. v. propositam sententiam transire nequeo, quippe qui illos, quos modo laudavi, locos transverterit: „lege dich hierher, setze dich hierher,“ quum verba κείμαι et ἦμαι nunquam hanc significationem habere possint. Meo quidem iudicio haec est sententia: „da liege, da sitze, da faule.“

ᾄθι — κείσο Ap. Rh. 4; 831. Q. Cal. 9; 214. Adverbia quae in ᾄσι finiuntur motum in locum notare, exemplorum ostendit copia;¹¹⁾ attamen apud Ap. Rh. particula κείσο ter de quiete usurpata esse videtur 1; 955. (nisi forte pro κείσο — ἐκλύσαντες legendum est κείσο — ἐκλύσαντες) 2; 718 et 4; 1217 (cf. Lehrs de Arist. stud. Hom. p. 140). Quoniam vero disputatio hac deflebitur, paulum resistamus, disputaturi de particulis, quae ex vocabulo κείσι natae sunt. Quod adverbium licet ab Epicorum loquendi consuetudine prorsus abhorreat, uberrimos tamen radices egit, ex quibus particulae ἐκείθι (κείθι), ἐκείσο (κείσο) et ἐκείθεν (κείθεν) germinavere. Pro ἐκείθι, quam formam semel in Od. 17; 10 re-

⁹⁾ Ammon, p. 51. Thom. Mag. p. 51.

¹⁰⁾ Eust. 1839. 60 ἐνταυθοῖ τὴν ἐν τόπῳ σημασίαν δηλοῦ, τὸ δὲ ἐνταῦθα καὶ τὴν ἐν τόπῳ καὶ τὴν εἰς τόπον.

¹¹⁾ Ap. Dys. p. 607; 23. Thom. Mag. p. 281.

perimus (utroque enim loco Il. 22; 390 et Od. 4; 467, ubi antea κακεῖθε legebatur, Wolfius emendavit καὶ κεῖθε) occurrit κεῖθε, quiescendi sensum ibi vel hic exhibens; sed semel etiam motum in locum indicat apud Hes. frag. LIV, 9. κεῖθε μολών; ¹²⁾ apud Ap. Rh. et Q. Cal. nulla exstant exempla, et in Orph. Arg. semel leges 1108. — Pro ἐκεῖσε, quod semel legitur apud Q. Cal. 1; 293, in usu est κεῖσε. Nimirum in Od. 1; 260 et 6; 164 pro κακεῖσε ex Wolfii recensione positum habes καὶ κεῖσε. Apud Hes. et in Orph. Arg. hoc adverbium non cer- nitur. Ἐκεῖθεν vel κεῖθεν, ut omnia adverbia in $\theta\epsilon\nu$, motum ex loco notant. Apud Hom. constanter κεῖθεν et apud Ap. Rh. semel κακεῖθεν legimus 4; 1731. Ceteri, qui Epica conscripserunt carmina, hanc particulam non receperunt. Sed unum exemplum silentio praetermittere non possum, quod apud Ap. Rh. 2; 914 occurrit: „ὄψ ἀνῶν (Σθένελος) βλήμενος ἰῶ, κεῖθεν ἐπ' ἀρχαίου θάλασσαν ἀκτῆς.“ Particulam κεῖθεν hoc loco propriam vim non habere, quis concedet. Quaerendum igitur est, num κεῖθεν pro κεῖθε collocatum sit, an causalem habeat intellectum; Adverbium enim in $\theta\epsilon\nu$ saepe pro primitivis usurpari, notum est; ¹³⁾ sed particulae permutatio hoc loco me offendit, quum poeta certi loci, ad quem illud κεῖθεν pertineat, non mentionem fecerit, quare interpretatio „ibi ad litus maritimum occubuit“ aliquid incommodi habere videtur. Quapropter particulae κεῖθεν causalem notionem tribuendam puto, ita ut, interpunctione deleta, cum βλήμενος ἰῶ cohaereat, et illa verba, salvo totius loci sensu, transverti possint: „ictus sagitta inde (vel eam ob causam) ad litus maritimum occubuit.“ In Il. 15; 234 κεῖθεν tempus significare videtur: κεῖθεν... ἐγὼ φράσσομαι, sicuti Romani vocabulo inde et Germani darauf uti solent. — ἦ — ἦ Il. 16; 377. 22; 324. 23; 422. — ἦν — ἦ Ap. Rh. 4; 1450. Particulam ἦν locum notare, non est, quod exemplis confirmetur; sed altera est quaestio, num apud Epicos modum rationemque indicet (Pass. in lex.). Illud enim Homericum in Od. 8; 313. ἴψασθ', ἦν αὐτὸς καθέδεται — non obstat, quominus ἦν latino vocabulo „ubi“ convertatur. Neque assentiri velim iis, qui contendunt, ἦν in Od. 6; 27 — γάμος σχεδὸν ἔστι, ἦν καὶ καλὰ μὲν αὐτὴν ἐν-

¹²⁾ Etym. M. 508; 19. κεῖθε ἀντὶ τοῦ ἐκεῖσε, ἐπὶ τόπον.

¹³⁾ Apol. Dys. p. 588; 13 seq. Lob. ad Phry. p. 128. De hoc particulae usu apud Tragicos Schaefer Melet. p. 78.

νόσθαι tempus significare; plus apud me auctoritatis eorum habet sententia, qui hic etiam adverbio *ἴνα* loci vim tribuerunt,¹⁴⁾ ita ut partes pronominis relativi sustineat. —

c) Particula relativa quietem, demonstrativa motum ex loco indicat.

ἔνθα — *ἀπόθεν* Ap. Rh. 1; 343. *ὁ δ' ἀπόθεν, ἔνθα περ ἦστο, δεξιέτην ἀνὰ χεῖρα τανύσσατο.* Particula *ἀπόθεν* apud Hom. quinques reperitur; plerumque locus ipse, ex quo motus proficiscitur, nominatus est, ut *ἀπόθεν ἐκ δίφροιο* Od. 21; 420. — *ἐξ ἐδρέων* Il. 19; 77. Od. 13; 56. Praeterea videbis Il. 20; 120 et h. Hom. Merc. 411; semel apud Ap. Rh. 1; 343; non reperitur apud ceteros. —

2) Particula relativa et demonstrativa motum in locum indicat. *ἤχι* — *ἔνθα* Il. 5; 774. *ἴνα* — *ἔνθα* Ap. Rh. 3; 787.

3) Relativa particula motum ex loco significat et

a) demonstrativa idem valet: *ὅθεν* — *ἔνθεν*. Il. 4; 58.

b) movendi vim in locum habet: *ἔνθα* — *ἔνθεν*. Od. 5; 195.

Notum est, particulam *ἔνθεν* locum indicare, unde quid proficiscitur; hoc unum tamen, quasi praeteriens, attingam. Saepissime enim apud Hom. adverbialis vocabuli *ἔνθεν* vis ac natura quodammodo deleta et in pronominis vel demonstrativi vel relativi, prouti verborum comprehensionis sensus postulat, notionem transgressa esse videtur, cuius rei aliae etiam particulae, ut *ἔνθα*, *ἴνα* etc. haud rara praebent exempla. Od. 14; 77. *ὅθι ἐθνεα ἔρχατο χοίρων· ἔνθεν ἑλὼν δὲ ἔνεικε.* i. e. ex iis duo eligens. Il. 24; 795. *ἔξετο δὲ κλισμῶ — ἔνθεν ἀνέστη* — ex qua surrexerat. cf. Od. 12; 139. 18; 157. 19; 62. Temporis significationem haec ostendunt exempla Il. 13; 741. Ap. Rh. 1; 402. 2; 911. Sed *ἔνθεν* nunc dimittamus veniamusque ad particulas, ab illa enatas, Epicorum tamen sermoni minus familiares, ad *ἐνθενδε* et *ἐντεῦθεν*¹⁵⁾ semper motum ex loco indicantes. *Ἐνθενδε* quinques reperitur Il. 8; 527. 9; 365. Od. 11; 69. Ap. Rh. 3; 1114. 4; 659; *ἐντεῦθεν* bis Od. 19; 568. h. Hom. Merc. 558.

Haec de particularum, quae proprie sunt relativae et demonstrativae, natura usuque dicenda habui; nunc breviter disputetur necesse est, qua ratione particulae

¹⁴⁾ Doederl. Soph. O. C. 617- Nitzsch T. II, p. 92.

¹⁵⁾ Ap. Dys. p. 590 sq. Hoogev. p. 178; 7. Etym. M. 762; 57. Th. M. p. 305.

relativae aut ad particulas spectent, quae non certum locum indicant, ut *ἄλλοθι*, aut ad verba referantur, quae earum sunt loco ut *οἴκαδε*, *οὐρανόθεν* etc. Quam adverbiorum relationem apud Atticos maximeque apud decem rhetores pervulgatam esse, multa declarant exempla; in Epicorum tamen sermone particularum, quae sunt in hoc genere, consociationem locis omnino, quae sequuntur, tribus fultam observasse mihi videor: Ap. Rh. 4; 924. *ἄλλοθι* — *ἦχι*. Q. Cal. 1; 273. *ἄλλῃ* — *ὄπη*. Od. 18; 242. *οἴκαδε* — *ὄπη*. —

§. 4.

De particularum, quae tempus significant, ratione agitur.

Hactenus dictum est de mutua particularum loci consociatione; et ne disputatio nostra in uno tantum genere versetur, alteram adiiciamus quaestionem de ratione, qua particulae temporis inter se connectantur. Vidisse mihi videor particularum id genus relationem esse multiplicem. Primum enim sententiae observandae sunt, quarum particulae relativae et demonstrativae sibi respondent. Saepissime tamen enunciata reperiuntur, quae ab iis, quae modo diximus, enunciatis differunt, quamvis ad eorum similitudinem sint composita, ea dico, quorum particula relativa non ad demonstrativam, sed ad aliam refertur particulam, qua apodosis instituitur, ut *δέ*, *ἄρα*, *ἦτοι* etc. Hoc est alterum particularum relationis genus, ad quod tertium accedit, si adverbium relativum spectat ad substantiva, quibus temporis notio subiecta est, veluti *ἡμῶν τῶ*, *ἔτος*, vel ad adverbia, ut *ἀντημαρ*, *νῦν*. Denique transeundum est ad rationem proponendam, qua particulae temporis pertineant ad particulas, quae proprie locum indicant, sed ex dicendi consuetudine temporis quoque habent notionem, ut *ἐνθα*. — Hisce igitur propositis tractetur particularum relatio, quam supra primam esse dixi, si antea breviter attigero, saepissime et ad relativam et ad demonstrativam formam vocabula quaedam adiici, veluti *δή*, *καὶ δή*, *ἄρα*, quibus non solum enunciata singula accuratius secum coniungantur, sed etiam illarum particularum vis ac potestas corroboretur.

1) Consideres velim exempla, quae sequuntur: *ὅτε* — *τότε* Il. 21; 450. Od. 11; 590. h. Hom. Apoll. 152. Ap. Rh. 3; 213. — *ἔπειτα* Il. 8; 180. Ap. Rh. 4; 1731. — *τῆμος* Ap. Rh. 2; 957. Q. Cal. 7; 300. Or. Arg. 514. — *τόφρα* Ap.

Rh. 4; 1579. — δὴ τότε Od. 3; 209. Ap. Rh. 1; 519. Q. Cal. 3; 719. 4; 199. 14; 143. Or. Arg. 1371. — καὶ τότε Il. 5; 392. 9; 437. — καὶ τότε δὴ Od. 24; 142. Q. Cal. 3; 665. — τότε ἔπειτα Hes. Th. 535. — αὐτίκ' ἔπειτα Ap. Rh. 4; 685. — ὅτε δὴ — τότε Il. 21; 450. Hes. Th. 58. — ἔπειτα Il. 3; 221. Od. 15; 101. — δὴ τότε Od. 14; 235. 287. Ap. Rh. 1; 1012. Q. Cal. 1; 120. 2; 490. Or. Arg. 890. — τότε δὴ Il. 10; 365. Od. 4; 514. — καὶ τότε Il. 6; 175. 9; 474. Od. 9; 378. 491. 10; 144. 12; 368. 14; 483. 15; 457. h. Hom. Merc. 10. — δὴ τότε ἄρα Q. Cal. 7; 707. — δὴ ἄρα τότε Il. 24; 488. Ap. Rh. 1; 559. 3; 1248. Or. Arg. 1148. — τότε δὴ ἄρα Il. 11; 181. — καὶ τότε δὴ Il. 1; 493. 22; 208. Od. 2; 107. 4; 420. 7; 261. 8; 299. 11; 299. — καὶ τότε ἄρα Il. 24; 785. — καὶ τότε ἔπειτα Od. 5; 390. — δὴ τότε ἔπειτα Ap. Rh. 2; 549. — αὐτίκ' ἔπειτα Od. 12; 201. — τόσσα δ' ἄρα Od. 10; 569. — καὶ ὅτε — δὴ τότε δὴ Ap. Rh. 4; 1205. — ὅτε δὴ ἄρα — δὴ τότε Il. 23; 721. Q. Cal. 1; 138. — τότε ἔπειτα Hes. Th. 888. — ὅτε δὴ καὶ — τότε δὴ Od. 3; 286. — ὁπότε — τότε Il. 9; 702. 16; 224. Od. 23; 257. Q. Cal. 12; 62. — δὴ τότε Od. 10; 293. Q. Cal. 12; 117. — τότε δὴ Hes. op. 532. — δ' ἔπειτα Il. 18; 544. — καὶ δ' ὁπότε — δὴ τότε Q. Cal. 14; 422. — ὁπότεν — αὐτίκ' ἔπειτα Or. Arg. 554. — ὁπότεν ἄν δὴ — τότε Il. 21; 340. — ὁπότε κεν — δ' ἔπειτα Od. 22; 216. ὁπότε κεν δὴ — τότε Il. 18; 115. 22; 365. — καὶ τότε Od. 23; 274. — καὶ τότε δὴ Od. 11; 127. — ἐπεὶ — τότε Ap. Rh. 3; 1189. Q. Cal. 1; 494. — ἔπειτα Il. 21; 383. Od. 13; 316. 23; 88. — δὴ τότε Od. 3; 342. 4; 68. 8; 485. 9; 87. 10; 58. 15; 143. 16; 55. Ap. Rh. 3; 887. Or. Arg. 1256. — δὴ τότε ἄρα Ap. Rh. 2; 1177. Q. Cal. 3; 1. — καὶ τότε Or. Arg. 1345. — καὶ τότε δὴ Od. 3; 130. 5; 95. 9; 362. 10; 499. — δὴ ἔπειτα Od. 12; 308. h. Hom. Merc. 319. — δὴ τότε ἔπειτα Ap. Rh. 4; 718. — αὐτίκ' ἔπειτα Od. 10; 237. 12; 260. — ἐπεὶ ἄρα — ἔπειτα Od. 2; 407. 15; 366. — αὐτίκ' ἔπειτα Od. 2; 378. — δὴ τότε Od. 4; 428. — καὶ τότε Od. 10; 346. — δὴ ἄρα τότε Hes. Th. 881. — ἐπεὶ οὖν — καὶ τότε Od. 19; 251. — δὴ τότε Ap. Rh. 3; 472. Q. Cal. 14; 324. — τότε ἔπειτα Ap. Rh. 3; 896. — ἐπεὶ κε — τότε Il. 11; 191. 206. — ἔπειτα Il. 16; 246. — δὴ ἔπειτα Il. 20; 337. — τῆμος μὲν in protasi et ἐπεὶ in apodosis cernitur Ap. Rh. 3; 1171. Particula ἐπεὶ causam indicat hisce locis et refertur ad ἔπειτα Il. 6; 349. Od. 2; 278. — ἐπὶν — ἔπειτα Od.

3; 45. — δὴ ἔπειτα Od. 11; 119. 21; 159. — καὶ τότε Od. 6; 297. — ἐπὶ δὴ — δὴ ἔπειτα Od. 1; 293. — τότε ἔπειτα Hes. op. 575. — καὶ τότε ἔπειτα Od. 4; 414. — ἐπεὶ δὴ — ἔπειτα Il. 7; 207. h. Hom. Apoll. 127. Ven. 216. — καὶ τότε Od. 9; 250. 343. — καὶ τότε δὴ Il. 18; 349. — δὴ τότε h. Hom. Bacch. κε. 7. — ἄρ' ἔπειτα Il. 15; 395. — δὴ ἔπειτα Od. 8; 377. — δὴ καὶ ἔπειτα Od. 21; 24. — ἕως — τέως (τείως) Od. 4; 90. — τόφρα Il. 18; 15. 21; 602. — τόφρα δέ Il. 10; 50. 11; 411. Od. 5; 424. — τότε δέ Il. 13; 141. — εἰως μὲν ἤα — τείως Il. 20; 41. — εἰως μὲν — τόφρα Il. 15; 390. Od. 12; 327. — τόφρα in protasi sequente ἕως videbis Od. 2; 77. 5; 121. — Quenam sit utriusque particulae ἕως et τέως significatio apud Epicos maximeque apud Hom., quando εἰως pro ἕως et τείως pro τέως scriptum sit, et veteres et recentiores Grammatici ac Lexicographi satis docuerunt.¹⁶⁾ Sed facere non possum, quin commemorem, has particulas apud Epicos aetate inferiores Homero rarissime reperiri; εἰως leges semel apud Hes. sc. 378, non apud ceteros id genus poetas; pro τέως sexies apud Hom. Il. 12; 141. 13; 143. 17; 727. 730. Od. 2; 148. 3; 176;¹⁷⁾ τέως pro ἕως Epicis posterioris aetatis ad hiatum tollendum usurpaverunt. h. Hom. Cer. 138. Ap. Rh. 3; 1326. 4; 821 et 1617, quo loco τέως pertinet ad τόφρα. Sic etiam τόφρα pro ὄφρα positum est Ap. Rh. 4; 1487 (Herm. ad h. Hom. Ven. 226 et ad Or. Arg. p. 735). — ἦμος δέ — τῆμος Il. 11; 86. 23; 226. Hes. op. 543. Ap. Rh. 1; 1280. 2; 516. Q. Cal. 2; 183. Or. Arg. 305. — τῆμος δὴ Od. 12; 439. — τῆμος ἄρα Il. 7; 433. Od. 4; 400. h. Hom. Ven. 169. Hes. op. 390. Ap. Rh. 1; 1172. 4; 109. — καὶ τότε Od. 9; 107. 307. — δὴ τότε Il. 7; 433. Od. 9; 168. 10; 185. 12; 8. 19; 426. Ap. Rh. 2; 164. 4; 885. Q. Cal. 7; 1. 11; 330. 12; 104. — δὴ τότε ἄρα — Q. Cal. 1; 826. — δὴ ἤα τότε Q. Cal. 9; 38. — δὴ τότε ἔπειτα Od. 17; 1. Ap. Rh. 2; 720. — καὶ τότε ἔπειτα Il. 1; 477. Od. 9; 437. — ἦμος δὴ — τότε δέ Hes. op. 624. — ἦμος ὄτε — τότε Ap. Rh. 4; 266. Altera lectio est ἦμος ἔτι, quam praefendam puto; ceteroquin notandum est, ἦμος semper in protasi, hoc autem loco in apodosi positum esse. — ὄφρα — τόφρα Il. 7; 193. 8; 87. Od. 6; 259. —

¹⁶⁾ Eust. 925; 32. 37. 1518; 29. 1552; 35. 1823; 62. Etym. M. 756; 2. Butt. Gr. ampl. Vol. II; 282. Pass. in lex. Videas quoque Schol. ad Plat. Hipparch. Vol. II, p. 334.

¹⁷⁾ Λέξεις ἠερογ. in Beck. Anec. Vol. I; 309. Eust. 925; 32.

τόφρα δέ Il. 4; 220. 9; 550. Od. 9; 56. — ὄφρα μὲν — τόφρα Il. 8; 66. 41; 84. Od. 15; 361. 20; 328. — τόφρα δέ Il. 18; 257. — ὄφρα δέ — τόφρα Il. 11; 357. Ap. Rh. 1; 354. — τόφρα δέ h. Hom. Merc. 115. — ὄφρα ἄν μὲν κεν — τόφρα Il. 11; 187. 202. Od. 5; 361. Ex his exemplis, quae modo allata sunt, apparet, enunciatum particula ὄφρα formatum antecedere, subsequi eam partem, quae a τόφρα incipiat; sed apud Hom. sexies et apud Ap. Rh. semel ὄφρα in apodosi locum habet. Il. 1; 509. 10; 325. 11; 754. 15; 232. Od. 2; 123. 4; 289. Ap. Rh. 1; 507, ubi ὄφρα refertur ad τέως. — εὔτε — τότε δὴ Od. 22; 182. h. Hom. Apoll. 115. Ap. Rh. 2; 471. Q. Cal. 1; 1. — δὴ τότε Q. Cal. 10; 153. 13; 21. — καὶ τότε δὴ ἕα Od. 24; 147. — τῆμος δὴ Od. 13; 93. — τόφρα δέ Od. 20; 73. — τηνίκα Ap. Rh. 1; 799. — δὴ τότε — καὶ τότε Hes. op. 580. — εὔτ' ἄν — τότε Hes. op. 570. — τότε δὴ Hes. op. 418. 428. Ap. Rh. 3; 1027. 4; 608. — δὴ ἕα τότε Hes. op. 525. Ap. Rh. 4; 1325. — τῆμος Ap. Rh. 1; 603. — ἔπειτα Od. 17; 320. Hes. sc. 331. Quamvis veteres Grammatici in origine particulae εὔτε investiganda fluctuent,¹⁸⁾ hoc tamen omnes ad unum consentiunt, ei duplicem significatum esse subiectum et temporalem et comparativum.¹⁹⁾ Haec vox, quam poeticam esse constat, si tempus indicat, pro ὄτε et, particula ἄν addita (εὔτ' ἄν), pro ὄταν usurpata est; si comparationis vel similitudinis habet potestatem, vicibus adverbii ἥντε (quod nunquam pro temporali εὔτε legitur) fungi solet; rarissime tamen hac notione praedita apud Epicos usque ad Q. Cal. reperitur. Semel enim habes apud Hom. 3; 10, sed in deliciis est apud Q. Cal., quod ex sequenti §. apparebit. — ἔξ οὗ — ἐκ τοῦ Il. 13; 778. — ἐκ τοῦ δ' Od. 8; 539. — ἐκ τοῦ δὴ Il. 8; 295 (cf. §. 3 s. v. ὄτι). —

2) Hisce perfectis, exempla proferenda sunt, in quibus particula relativa spectat non ad demonstrativam, sed ad aliam particulam, qua apodosis indicatur. — ὄτε — καὶ δὴ Od. 5; 400. — ὄτε δὴ — δὴ Il. 22; 75. — καὶ δὴ Od. 7; 3. — ἕα Il. 4; 446. 5; 14. Od. 16; 414. 18; 208. — δέ Il. 5; 438. Od. 7; 46. Hes. Th. 58. — ἦτοι Il. 6; 200. 7; 186. 9; 553. — ὄτε δὴ ἕα — ἕα Il. 8; 60. 10; 338. Od. 16; 335. — ὀπότ' ἄν — δέ Il.

¹⁸⁾ Ap. Dys. 558; 5. Etym. M. 398; 40. Eust. 117; 34. 178; 1. Buttm. Lexilog. II; 227.

¹⁹⁾ Etym. M. 398; 57. Eust. 718; 18. Vig. p. 407. Hoogev. p. 304. Scholiasta ad Soph. O. C. 84.

21; 375. — *ἐπεὶ* — *ἄρα* Il. 5; 573. 23; 126. Q. Cal. 2; 1. — *ῥα* Il. 20; 318. Od. 8; 143. 13; 195. Or. Arg. 236. — *δέ* Il. 15; 320. 20; 47. Od. 7; 184. 15; 303. — *ἐπεὶ δὴ* — *δὴ* Od. 24; 71. — *ἐπεὶ ῥα* — *ἄρα* Od. 11; 1. — *δέ* Od. 15; 438. — *ἐπεὶ δὴ* — *ῥα* Il. 14; 187. Od. 8; 276. 16; 340. h. Hom. Cer. 483. — *δέ* Od. 9; 307. 22; 457. — *δ' ἄρα* Od. 22; 260. — *ἕως* — *δέ* Il. 1; 193. Od. 4; 120. *ἕως μὲν* — *δέ* Il. 13; 141. — *ἦμος δέ* — *ἄρα* Od. 2; 1. 3; 404. 8; 1. 13; 18. — *ῥα* Od. 19; 428. — *δέ* Od. 3; 491. 4; 476. — *εὔτε* — *δέ* Od. 17; 359. h. Hom. Cer. 407. — *εὔτ' ἄν* — *δὴ* Hes. op. 605.

3) Adverbium relativum respicit ad substantiva et adverbia, quae temporis habent significationem. — In hoc mutuae particularum consociationis genere adverbium relativum et sequitur vocabulum, ad quod pertinet, et antecedit.

a) Sequitur in his exemplis *ἤματι χειμαρῖφ, ὅτε* Il. 12; 279. — *ἤματι τῷ προτέρφ, ὅτε* Il. 21; 5. — *ἤματος ἐκ πλείον, ὅτε* Hes. op. 723. — *ἤματι τῷ, ὅτε* Il. 2; 351. Od. 5; 309. Hes. Th. 291. Ap. Rh. 2; 797. Q. Cal. 6; 533 et praeterea undevicies in Iliade, bis in Odyssea et totidem apud Hes. *ἔσσεται ἤμαρ, ὅταν* Il. 4; 164. — *ἀντῆμαρ ὅτε* Ap. Rh. 3; 788. — *νῦν ὅτε* Od. 22; 231. Hes. Th. 416. — *νῦν δ' ὅτε* Il. 18; 293. Ap. Rh. 4; 1051. — *νῦν δ' ἐπεὶ* Il. 18; 150. Od. 6; 191. Ap. Rh. 3; 104. — *νῦν δ' ὅτε δὴ* Od. 18; 217. — *ἀντίκα δέ* — *ὅτε ἦδη* Ap. Rh. 3; 913. — *πρὶν* — *πρὶν γ' ὅτε* Od. 4; 475. — *τό πάρος* — *εὔτε* Od. 7; 201. — *πάρος* — *ἠνίκα* Or. Arg. 262. — Particula *ἠνίκα* rarissime apud Epicos reperitur, semel apud Hom. in Od. 22; 198; in Batram. 155, totidem apud Ap. Rh. 2; 906 et praeter illum, quem modo dixi, locum ter in Or. Arg. 75. 866. 953; *τηνίκα* semel occurrit apud Ap. Rh. 1; 799; sed adverbia *τηνίκα, τηνικάδε, τηνικαῦτα* etc. nunquam leguntur. Illis ex locis perspicui licet, *ἠνίκα* et *τηνίκα* non de certo solum temporis momento dici, sed etiam generaliter ut *ὅτε* et *τότε* tempus indicare, qua re Th. M. sententia, qui p. 713 dicit: „*τηνίκα μὴ εἴπης ἐπὶ χρόνον· ἔστι γὰρ ὥρας δηλωτικόν· ὡσαύτως καὶ τὸ τηνικαῦτα*“ etc. nimis angusta est nec facile probari potest. (cf. Lob. ad Phry. p. 50.)

b) Adverbium relativum antecedit in exemplis, quae sequuntur: *ὅτε* — *ἀντίκα* Od. 14; 339. — *ἀντίκα ἄρα* Ap. Rh. 2; 1081. — *αἶψα δέ* Il. 23; 138. — *ὅτε δὴ* — *ἀντίκα* Il. 23; 38. — *ἀντίκ' ἄρα* Il. 23; 117. Or.

Arg. 711. — ὅτε δὴ ῥα — ἀντίκα Il. 4; 210. — ὅποτε — ἀντίκα Q. Cal. 6; 513. — ὅποτε δὴ ῥα — ἀντίκα Od. 23; 345. — ὅποτ' ἂν — ἀντίκα δέ h. Hom. Apoll. 459. — καὶ ῥ' ὅποταν — ἀντίκα Hes. op. 241. — ἐπεὶ — ἀντίκα Il. 23; 161. Od. 8; 360. 440. Ap. Rh. 2; 67. Or. Arg. 763. — ἀντίκα ἄρα Od. 15; 92. — αἰψ' ἄρα Od. 3; 455. — ἔξαυτις Od. 24; 349. — ἐπεὶ ῥα — ἀντίκα Od. 3; 449. — αἰψα Od. 13; 70. — ἐπειδὴ — ἀντίκα Od. 13; 271. — ἀντίκα ἄρα Od. 5; 76. — ἔξαυτις Od. 21; 205. — ἦμος δέ — ἀντίκα Od. 5; 228. —

4) Huius generis mutua particularum consociatione in conspectu posita, restat, ut dicatur de ratione, qua particulae temporis referantur ad particulas, quae proprie locum indicant, sed more loquendi temporalem acceperunt vim ac potestatem. Particularum, quae utramque habent notionem, apud Epicos plurimo usu celebrata est ἔνθα.²⁰⁾ Quibusnam particulis temporalibus haec vox respondeat, intelligitur ex exemplis, quae sequuntur. — ὅτε — ἔνθα Od. 3; 278. 11; 523. — ὅτε δὴ — ἔνθα Il. 5; 334. 6; 242. Od. 5; 55. 6; 85. Ap. Rh. 3; 1201. — ὅτε δὴ ἄρα — ἔνθα Od. 6; 110. 7; 18. — ὅτε δὴ ῥα — ἔνθα Il. 5; 780. 10; 526. — ὅτε δὴ — ἔνθα ἄρα Il. 16; 786. — ἔνθα ἄρα δὴ Il. 11; 170. — ὅποταν — ἔνθα Ap. Rh. 4; 288. — ἐπεὶ — ἔνθα Il. 4; 382. Ap. Rh. 2; 487. 3; 1037. — ἐπὴν — ἔνθα Od. 10; 526. 11; 192. — ἐπὴν δὴ — ἔνθα — ἔπειτα Od. 12; 55. — εἴτε — ἔνθα Il. 23; 85. — ὅφρα κε — ἔνθα — ἔπειτα Od. 10; 277.

§. 5.

Quomodo particulae qualitatis et quantitatis coniungantur, quaeritur.

Postremo loco explicetur, qua ratione particulae quantitatis et qualitatis inter se referantur. Initium sumamus de particulis, quae qualitatem significant, sibi respondentibus, ut ὅς — ὅς etc. Sed multa reperiuntur exempla, quae ab hac vulgari et pervagata mutuae consociationis ratione abhorrent. Non enim solum binae particulae relativae et demonstrativae, quarum altera qualitatem, altera tempus indicat, inter se consociantur ut ὅς ὅτε — ὅς τότε etc.; sed etiam particulae qua-

²⁰⁾ Schol. ad Il. 1; 22 et Od. 1; 18. Eust. 1051; 51. 1384; 2.

litatis et temporis coniuncta spectant ad particulam qualitatis, veluti $\omega\varsigma \delta\tau\epsilon$. — $\omega\varsigma$, et particulae, quae qualitatis habent notionem, pertinent ad duas particulas, quarum alteri qualitatis, alteri temporis subiecta est significatio ut $\omega\varsigma$ — $\omega\varsigma \tau\acute{o}\tau\epsilon$. — Praeterea alterum relationis genus accedit, haud illud quidem inusitatum, sed parvo particularum numero circumscriptum. Haec enim est relatio particularum, quae quantitatem quandam significant, ut $\delta\sigma\acute{\alpha}\nu\iota\varsigma$ — $\tau\omicron\sigma\acute{\alpha}\nu\iota\varsigma$ etc. Sed de his post paulo fusius mihi decendum erit. —

1) Particulae relativae et demonstrativae sibi respondent. Occurrunt exempla, a) in quibus adverbium relativum antecedit demonstrativo $\omega\varsigma$ — $\omega\varsigma$ Il. 2; 326. 4; 313. 8; 306. 12; 156. 13; 178. 17; 4. 133. 657. 22; 262. 24; 41. Od. 15; 174. h. Hom. Apoll. 407; 493. Ven. 50. Hes. Th. 188. sc. 404. Ap. Rh. 2; 770. 3; 551. 727. 750. 4; 734. 1682. Q. Cal. 2; 198. 248. 330. 3; 271. 351. 10; 24. In exemplis, quae sequuntur, particulae non qualitatem, sed temporis indicant momentum: Il. 1; 512. 14; 294. 19; 16. 20; 424. Q. Cal. 7; 614.

$\omega\varsigma$ — $\omega\delta\delta\epsilon$ ²¹⁾ Il. 19; 151. $\omega\varsigma \kappa\epsilon$ — $\tau\acute{o}\varsigma$ Ap. Rh. 2; 345. $\omega\varsigma \delta\acute{\epsilon}$ — $\omega\varsigma$ Il. 5; 161. 9; 4. Od. 5; 368. 19; 205. Ap. Rh. 3; 291. Q. Cal. 13; 133. — $\omega\varsigma \acute{\alpha}\rho\alpha$ Il. 7; 4. 11; 113. — $\omega\varsigma \xi\alpha$ Il. 18; 161. Od. 20; 14. — $\omega\varsigma \kappa\alpha\iota$ Il. 9; 323. $\omega\varsigma \mu\acute{\epsilon}\nu$ — $\omega\varsigma \delta\delta\epsilon \kappa\alpha\iota$ Ap. Rh. 2; 1181. $\omega\varsigma \epsilon\iota$ — $\omega\varsigma$ Q. Cal. 6; 324. 7; 229. — $\delta\pi\omega\varsigma$ — $\omega\varsigma$ Q. Cal. 4; 238. 8; 338. — $\omega\varsigma \tau\epsilon$ — $\omega\varsigma$ Il. 2; 459. 3; 23. 4; 433. Od. 6; 130.²²⁾ 22; 402. Ap. Rh. 1; 536. 4; 948. — $\omega\varsigma \xi\alpha$ Il. 13; 198. 17; 755. Od. 13; 81. h. Hom. Cer. 174. — $\omega\varsigma \pi\epsilon\rho$ — $\omega\varsigma$ Q. Cal. 13; 395. — $\acute{\alpha}\tau\epsilon$ — $\omega\varsigma$ Ap. Rh. 2; 74. Q. Cal. 8; 167. 12; 581. — $\eta\acute{\upsilon}\tau\epsilon$ — $\omega\varsigma$ Il. 2; 87. 16; 487. 17; 547. 21; 573. 22; 139. Q. Cal. 1; 5. 2; 103. 3; 63. 4; 78. 5; 387. 7; 257. — $\omega\varsigma \acute{\alpha}\rho\alpha$ Q. Cal. 8; 130. — $\epsilon\delta\tau\epsilon$ ²³⁾ — $\omega\varsigma$ Ap. Rh. 4; 1542. Q. Cal. 2; 230. 3; 142. 6; 341. 7; 107. 11; 310. 14; 283. — $\omega\varsigma \acute{\alpha}\rho\alpha$ Il. 3; 10. Q. Cal. 11; 148. — $ο\iota\omicron\nu$ — $\omega\varsigma$ Q. Cal. 8; 49.

b) Relativum adverbium sequitur demonstrativum. $\omega\varsigma \delta\acute{\epsilon}$ — $\omega\varsigma$

²¹⁾ Particulam $\omega\delta\delta\epsilon$ apud Hom. nunquam locum significare, sed pro $ο\upsilon\tau\omega\varsigma$ positam esse praeter Aristarchum docuerunt Ap. Dys. p. 590; 24. Eust. 792; 2. 1408; 43. Etym. M. 820; 42. Nostra aetate hac de re Lehrs (de Arist. Hom. stud. p. 84), Buttmannum, qui Aristarchi sententiae non accessit (Gr. ampl. II; p. 285) refutans, doctissime disputavit. Apud Ap. Rh. I; 870 significat $\omega\delta\delta\epsilon$ „huc.“

²²⁾ cf. ad h. l. Nitzsch ad Hom. T. II; p. 106.

²³⁾ Eust. 117; 35. Butt. Lex. II; 227.

Ap. Rh. 3; 732. καὶ ὧς — ὧς Hes. sc. 9. ὧς ἄρα — ὧς Ap. Rh. 2; 129. Q. Cal. 7; 569. ὧς — ὧς εἰ Od. 10; 416. ὧς — ὧς εἰ τι Od. 10; 419. αἰθε ὧς — ὧς Ap. Rh. 3; 1100. εἰ ὧς — ὧς Il. 8; 538. τῶς — ὧς Il. 3; 415. Ap. Rh. 4; 1479. — ὧς κεν — ὧς Ap. Rh. 3; 629. ὧδε — ὧς Il. 3; 300. 8; 523. Od. 4; 141. 19; 312. 380. — οὕτω — ὧς Il. 9; 40. Od. 4; 148. 485. Ap. Rh. 3; 1081. αἰθ' οὕτως — ὧς Il. 4; 178. αὖτως — ὧς Ap. Rh. 1; 890. — αὖτως — ὧς τ ε Il. 22; 125. — ὧς δ' αὖτως — ὧς περ Hes. Th. 402.

